

19

F. 4. num. 44.

1767. 38.

4.

2.

CHRISTIANVS LVDOVICVS
STIEGLITZ,

L V D. SVPREMAE CVRIAЕ SAXONICAE ET FACVLT.
IVRECONSVLT. LIPS. ASSESSOR. CANON. WVRZ.
AEDIL. SEN. LIPS.

H O C T E M P O R E

PROCANCELLARIVS,

VIRVM DOCTISSIMVM

IOANNEM WOLFF ZOLLMANNVM,

VINAR. THVRING.

IVRIS VTRIVSQVE TAM CANONICI QVAM CIVILIS
DOCTOREM CREARI HANCQVE SOLENNITATEM
CELEBRANDAM ESSE,
INDICIT

E T

DE INVESTITVRA CVM AQVA DISSERIT.



CHRISTIANAE FADOCIAS
SIEGELIS

LA D' SARTREME CAVIAE SAXONIÆ ET LACATI
INVENTORISAT TITRE ALEXANDER CANONICUS

PROGENCETRIAS

VIRUM DOCTISSIMUM
LOVINITA QUIT SOLVANUM

VIRUM DOCTISSIMUM
LOVINITA QUIT SOLVANUM
INVENTORISAT TITRE ALEXANDER CANONICUS
DOCTO RUM BRAHMINIS
CENSIBILIA MAGNA
INDIVIDU

DE MUSITARIA CVM VERA DISSEMINI



HAS
STUDIORVM SVORVM
PRIMITIAS
IN
SIGNVM SVBMISSAE
GRATITUDINIS
OB
BENEFICIORVM ET MVLTITUDINEM
ET
MAGNITUDINEM
EA
QVA DECECT
ANIMI DEVOTIONE
D. D. D.

CAROLVS GOTTLIEB MIETH
RESPONDENS.



CAROLAE GOTTLIEB MICH

GAD DEGOT

AN DOTOZ DETHA

DE GES

ЗАН
МУХОВА МАЛОУД
САЛЮМЕЯ
И
ТАССИМАУЗ МИНОІЗ
ДАЛУТІЛІЗ
О
МАЛУТІЛІМ ТА МУХОІЗІЛІ
Т-І
МАЛУТІЛІДАМ
А
ГАД

GENEROSISSIMO DOMINO
DOMINO
ADOLPHO GOTTLÖB
DE SCHACHMANN

DOMINO HEREDITARIO
IN KOENIGSHAYN ET
OBER-LINDE

DOMINO GRATIOSISSIMO

GRATIOSISSIMO DOMINO
ADOLPHO GOTTLIEB
DE SCHACHMANN
DOMINO HEREDITARIO
IN RÖGENICSMULDEN ET
OPPER-LEINDE

DOMINO GRATIOSISSIMO

GENEROSISSIMO DOMINO
DOMINO
ADOLPHO TRAVGOTT
DE GERSDORFF

DOMINO HEREDITARIO IN MEFFERSDORF
WIEGANDSTHAL SCHWERDTE VOLKERSDORF
BERGSTRASE

CAET. CAET.

DOMINO GRATIOSISSIMO

GENEROSSIMO DOMINO

DOMINO

ADOLPHO TRAGOTT

de GERSDORFF

DOMINO HEREDITARIO IN MISTERIOR

WILCOVNDIANT SCHWARTZ VOLKERSDORF

DIGESTRASE

OTTO CLEFS

DOMINO GRATIOSISSIMO



VI



Inuestituram, quam aiunt esse translatio-
nem Domini, rei immobilis, iudicis
autoritate factam, in feudalem et allo-
dialeam ab Ictis diuisam neminem fugit;
Sed allodialem aliam adhuc sub se com-
prehendere, quae in concessione dominii rei se mouentis,
vel mobilis consistit, non omnibus aequa perspectum est.
Ad inuestituram cum aqua animum aduerto, quam, rem
esse se mouentem seu mobilem, quisque mecum putabit;
Non autem eam diuisionem aquae iam volo considerari,
quae in vrbibus inter ciues fieri solet, quum in hoc nego-
tio solum consignatio cuiusque partis aquae fiat, non vere
simul intercedat inuestitura; Sed eam inuestituram, quae

A 2

a ludi-

IV

a Judice praefecto metallifodinarum cum aqua (die Wasserverleihung) peragitur. In Feudorum quidem historia deprehendimus, saepissime, Flumina et aquas, feudi titulo fuisse concessas, quod **D V CANGIVS** Charta Ottonis Comitis Viromandensis anni 1025. T. I. Glossarii p. 118. verbis:

„Tenebat aquam illam ex me, loco beneficii, sub
„nomine feodi,

et per multae inuestiturarum Litterae illustrant; In omnibus his pactis aqua res incorporalis mihi videtur esse, cum vasallis nihil aliud tributum, nisi ius pescandi, nauigandi etc. in fluminibus, in re iam mea vero, aqua ipsa usui metallico conceditur. In iustum et naturali iuri repugnans videri posset, homines quasi aqua priuare, et eius usum ipsis, non aliter, nisi singulari concessione, relinquere, cum eomunis sit natura, ut **OVIDIUS Metam. Libr. VI. v. 349.** ait:

„Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum,
„Nec solem proprium natura, nec aera fecit,
„Nec tenues undas.

et Festo autore ea sit, *a qua iuuemur, nemini neganda;* sed non tam aspera et acerba, ut intuitu primo quidem videtur, haec est constitutio, quisque enim nec legibus antiquis nec hodiernis ab usu aquae arcetur. Cum antiquis temporibus Censores, Aquilices et Curatores aquarum, nouioribus autem Principes, qui sibi vindicare iure poterant, quod populicum erat, varia huc pertinentia deceruerent,

rent, ea ad lites, contiouerias componendas, et auertendas
 potissimum, maiorisque ordinis, non auferendi iuris quae-
 sti causa, disposita videmus. Omniibus ad lotionem, hau-
 stum, potumque libere aqua profluit; Vnicuique in suo
 fundo aquae venas incidere et fontem ad se deriuare reli-
 ctum est; L. 24. §. 12. ff. de *damno infēctō*; nec alteri iniu-
 riām facit is, qui suo iure quid instituit, vnde damnum al-
 teri oriatur, L. 8. 5. ff. si *seruitus*; nemo molendinum in
 priuato flumine aedificare prohibetur. L. 1. §. 12. L. 21. ff.
 de *aqua et pluv. arc.* Lehmr. c. 11. et ad eum aquam deduc-
 cere, etiamsi haec primam originem ex loco publico ha-
 beat, cum dominium aquae sequatur dominium fundi;
VLP. L. 24. ff. de *damnt inf.* ZIGLER. de *Iur. Mai. I.*
15. 36; Vicinus aquam in fundo tuo alio deriuare nequit,
Leg. 2. et 27. Cod. de Leg. Aquil. et quae mutauerit, in
 pristinum statum restituere, poenamque vel in omnium
 gentium legibus dictam soluere tenetur; *In Legibus wi-*
SIGOTHORVM Libr. VIII. T. 4. c. 31. et multam casti-
 gationemque adeo constitutam deprehendimus, quam le-
 gem integrum hic ex codice meo membranaceo aetate ve-
 nerando, apponere lubet, vt eluceat, quantum differat ab
 istis, ex quibus **LINDENBROGIVS** has leges ediderit:

FLS. RCDS. REX.

„de surantibus aquas ex decursibus aquarum,

„multarum terrarum situs qui indiget pluviis, soueri aquis
 „studetur irriguis, cuius terra ita experimentum tenetur,
 „vt si defecerit aquarum solitus usus, dissipetur confusus
 „ex fruge prouentus; Proinde ubi maiores aquae sunt,
 „si qui furtive aut malitiose aquam ex decursibus substraxe-
 rit

„tit alienis, per quatuor horarum spatium det solidum
 „vnum; vbi autem minorum sunt deriuations aquarum,
 „per quatuor horas soluat tremissem vnum. Aqua vero
 „quantis horis alibi dilapsis conuincitur, tantis ad rigan-
 „dum competenti tempore domino reformatur. Seruus
 „vero sua sponte ista praesumens pro maioribus aquis,
 „centum flagella suscipiat, pro minoribus vero L verbe-
 „rum cessioni succumbat.

Aquam publicam tantummodo et flumina sibi principes vi
 summae potestatis reseruarunt, eaque deuertere et alias de-
 ducere, interdixerunt, non ut subditos haustu aquae pri-
 uarent, sed ne molendinis in fluminibus exstructis, pescatio-
 ni, nauigationique, detrimentum fiat, quae omnia in utili-
 tatem salutemque publicam, et subditorum, non in lucrum
 principum, ordinata fuere. Ripas in dominio esse eorum,
 qui praedia adiacentia possident, multosque esse scimus,
 qui fines proferre student, variaque et contigua exstreu-
 re, amant, quos nisi leges continerent, continuatis operi-
 bus ripas aedificiis ornare, et flumina ipsa explere videre-
 mus, ita ut neque naues, nec retia per medium flumen de-
 currere possint. Ad utilitatem communem ergo sapienter
 constitutum, nequid in flumine publico fiat, quo coarctet-
 ur aqua fluminis, cuius quidem latitudinem ex lege anti-
 qua autore SKENAEO mihi addere liceat, qui Legg.
 Scotiae p. 25. statutum ALEXANDRI Regis Scotti pro-
 fert, quo sancitum:

„quod filum aquae, seu medium debeat esse liberum in tan-
 tum, quod unus porcus trium annorum, bene pastus, pos-
 set

,,set se vertere infra filum aquae, ita vt neque, rostrum por-
,,ci nec cauda appropinquet sepi, vel ripae.

Sed properandum ad rem ipsam, cuius potissimum causa haec scripsa sunt. Exceptis his aquis sunt et aliae, in quibus diuidendis, concedendisque sibi potestatem princeps reseruauit, non aequæ ex ratione, vt ipse, et camera lucrum percipiat, sed vt certum sit dominium ei, cui data est, neque incepti labores aquis, quasi fundamento, impositi, inanes fiant; si vnicuique ea aqua vii pro lubitu permisum esset. Ad Aquas eas tendo, quarum vsum Iudices metalli fodinarum ad rotas agendas (Aufschläge) in machinis fodinarum hydraulicis (Künsten) ad contundendos lapides et metalla (Pochwerken) ad officinas aerarias (Hütten) ad aes lauandum (Wäschchen) et ad fossas, ob terram metallicam lauandam, factas (Seifen) permittunt. Iam, cum plerumque magistri rei metallicae terminos potestatis suae hac in re nimis promouere soleant, multumque in vtramque partem fuerit disputatum, quas aquas in iudicio metalli fodinarum possint concedere, quae ratio petendi, inuestiendique sit, vtque maiori ordine procedere queamus; legem præcipuum fundamentalem ex Ordinatione metallica Ferdinandi Reg. Boh. 1548. latam, quae ubique auctoritatem et apud nos Regio mandato ann. 1713. 26. Aug. obtinuit, videamus. Est ea P. II. art. 104. ita scripta:

Alle die Wässer, so mit Stößen, Schachten, Schürfen, oder Rösche verschroten werden, die soll unser Bergmeister denjenigen, so sie muthen und aufnehmen, anders nicht verleihen, dann mit dem Fürbehalt,

VIII

-107 halt, daß solch Verleihen derselbigen Wasser, dem Bergwerck und den bauenden Gewerken, der Orten unschädlichen seyn solle, und daß sie alweg, so sie des zu Aufbereitung ihre Erze bedürfen, unverhinderlich brauchen mögen.
 et principibus ordinationibus metallicis vt Brunswicensi art. 100. aliisque Hohnsteiniensi art. 163. Schwarzburgensi art. 158. etc. inserta. Multi ita intelligendam esse potestatem Praefecti metallici putant, vt ipse omnes aquas in regione sua, et adeo scatebras, fontesque concedere solum possit, et nisi ab eo petitae fuerint, legitimum eorum nemini vsum, eorumque sententiam, lege hac munitam esse. Sed eam inde firmari non posse, et potius ad vires, quibus pollut, extentendas, aut etiam pecuniam, honorariumque (Muthgroschen) comparandum tendere ex sequentiibus patebit. Aquas, quae cuniculis (Stößen) effossis, putreis (Schächte) fossis ad detergendas venas metallicas, sive ad aquas deducendas, quae venas querentibus impedit (Röschen) factis, aut inuestigando mineras subcespites latentes (Schürfen) scaturiunt, metallicorum Magistrorum voluntati relictum est solas concedere, non ceteras, quomodo cumque prouenant; in adscripta enim lege principali, et ceteris legibus alias et hoc constitutum fuisset. Non autem omnes illas petentes (Muthern) cum istis aquis inuestiendos esse, sed eos tandemmodo, qui iis ad vsum metallicum opus habent, ex ipsis verbis legis elucet; verba enim Muthen, et verleihen) non ad diuisiōnēm aquae in genere, quae in vrbibus, usus domestici causa, fieri solet, poterunt referri, cum non ita loqui sed verbo auschreiben, vertheilen vti soleamus, eaque vocabula ad iudicia metallica tan-

tantummodo pertineant, neque in villa lege, metalli fodinis scripta, legatur, magistros rei metalliae esse rectores aquae domesticae et culinariae, totaque res ipsa adeo dignitati eorum repugnaret; his ex rationibus lex de eo casu explicanda, si socii fodinae (Gewerken) qui aquas fodiendo inuenere (erschroten haben) ipsi iis vti non posse sent, aut vellent, eas sociis, in alia fodina aut officina aetaria relinquenter: Illustrant hanc explicationem verba legis, eo articulo 104, in sequentia, quibus scriptum:

Würde auch einer, oder mehr ein Wasser das obberfürster Gestalt verschroten, aufnehmen, und dasselbe von dato an innerhalb eines halben Jahres nicht fassen, oder führen, oder wo es gefaßt gewest, auf ein halb Jahr liegen lassen, und solches durch der Geschworne Befahrung also befunden, so sollen dieselben alsdenn andern verliehen werden, er hätte denn Erbare und Ehrhafte Noth anzugezen, daß er es in ernannte Zeit nicht hätte fertigen können, und so seine Uhrsachen für genugsam erachtet, sollen sie ihm zu obberfürsten halben Jahr, noch ein Monat zu Fertigung des Wassers Frist geben.

Non ad alium, quam ad metallicum vsum huius aquae legge memorata petitio tendere potest, cum, si quis aquam ad vsum domesticum acceperit, eamque non intra dimidium anni in cistam, aut arcam collegerit, inde omnis cultura fodinarum in regione quadam, et metalli fodinarum praefecti nullum detrimentum capiant, parumque referat, an hospes ea vti velit, aut permanare sinat; Iudex noster porro non sit rector ciuitatis, seduloque in eo elaborare de-

beat, ut omnia in regione sua montana circumagantur, quod autem intermittitur, si aqua ista hinc inde defluat nec fodinis, et officinis aerariis inferuiat; accedit et hoc aquam in istis regionibus et rarissimam esse, multosque semper inueniri, qui ea magis opus habeant ad usum suum metallicum, quam illi, qui intra dimidium anni spatum hanc arca aut alueo cingere (fassen) intermiserunt. In Appendice quoque Ordinat. Metall. Ioachim. qui commentarii instar habetur, ad hunc articulum 104. perspicue legitur;

Stolln wasser und andere soll der Bergmeister also verleyhen, wo sie die Gewerken zu Nothdurft ihres Erztes bedürfen, daß man ihnen dieselben unverhindert, die Zeit ihres Waschens gehen lassen;

Simul etiam ordinatio Kuttenbergensis Tit. Bon Stolln autoritatem addit. Quid si aquae ex locis metalli fodinarum prouenientes, et hinc inde defluentes, non ad eos pertinere deberent, qui fundi Domini essent, his naturalis libertas admireretur; eae enim omnes fodiendo inueniae, si usui metallico inferuire nequeunt, proprietario fundi, quem percurrunt, vt accessorium cedunt, in huiusque damnum, cum seruitus exinde oriatur, quae a nemine nisi domino praedii imponenda, alii tribui non possunt, et in hanc sententiam Scabinos Fribergenses 1697. iuisse testis est Hertwigius in libro Berg-Buch insignito voce Wasser p. 413. His addendum, nostra lege et adiigi Iudicem metallicum, aquas memoratas potentibus cum reseruato hoc concedere debere, vt nullum damnum fodinae inde oriatur, et, vt ea fodina, vnde profecta sit

aqua

aqua in casu, quo opus habeat, eam recipere queat; ex quo, quod supra contendimus, praefectum nostrum non nisi ad usum metallicum concedere aquas nominatas posse, simul fluit, quod si alii ad usum domesticum eas permisissent, hic reddere has statim boni publici augendi causa, coactus esset, fodina vero, eas non retrotradeter, nisi conditione memorata adiecta, cum, omni lege metallice, unaquaeque fodina aquam semel concessam iure quasi hereditario usque ad finem retineat.

Ad alteram partem propositi accedamus, et quarum concessio magistro nostro non libera relictia sit, videamus: In supra allegato articulo Appendix Ioach. 104. legimus

Brunnquell aber die von ihnen selbst durch Erdreich brechen, die stehen dem Rath zu, soferne sie in ihrem Gebiete entspringen, — Die fließende Wäche soll der Bergmeister niemand verleihen, und zu eigen geben, sondern diese Wässer sollen allewege zu deme daß das Bergwerk allermeist befördert und erhält, als Prinzen und Künste gebraucht, unangesehen Puchwerk, Brettmühlen, Seiffen und dergleichen mehres.

Scatebrarum et fontium itaque Dominium prohibentur, hac lege Praefecti metallici (verleihen) concedere, quod et in nostris oris obtinere Rescripto Regis, anni 1670. 8. Febr. et supremi Iudicii metallici Freybergensis anni 1697. 7. Decembr. ad Iudicium metallicum Schwarzenbergerense et Scheibenbergense, dato confirmatur.

B 2

Adeo

Adeo arrogantiam quorundam processisse videmus, vt aquis, ab aliis oneroso titulo ex iure dominii iam acquisitis, inuestirent, autore Hertwigio voce Wasser p. 417. Accidit anno 1718. Annabergae, vt quidam aquam ad braxandam cereuisiam maxime necessariam a Iudice metallico, iure dominii acciperet; quem deinde vero Rescriptum Regium coegit, vt aquam, qua opus habebant ciues, redde-ret, et memini ipse me audire, cum ante aliquot annos inter metallorum fossores degarem, in ea vrbe quendam ciuem cum aqua, quea ex monte in aream seu locum septum, habitaculo annexum alterius ciuiis procul ab ipso habitantis decurreret, a Iudice metallico petitione peracta ibi inuestitum fuisse, eumque deinde hanc aquam alteri, in cuius area iam fluebat, vendidisse, iuraque sua tradidisse. Vetus art. 104. Ord. Ioach. quoque perspicimus, Flu-minum concedere dominium (verleihen) idque alii legibus, vt in Ferdinandi Ordin. das Hengster Zinn Bergwerck art. 19. fin. corroboratum, sed haec verba ita explicanda sunt, vt dicamus, vni solo cum exclusione aliorum, pleno dominio et iure prohibendi id Ius tribuere non debere magistrum metallicum, quoniam flumen pu-blicum per omnem regionem manat, et alii aquae partem ad usum metallicum quoque petere possint, quod in riuis magnis, et in flumine ob aquae copiam sine alterius detri-mento commode fieri potest. Aquas denique nec con-cedere (verleyhen) posse Iudices metalli fodinarum, quea libere profluunt, et non obnoxiae sunt, (die ins freye laufen) neque eas quea per fossas incespite factas (Tage Röschen) deducerentur, nec a metallorum effosso-ribus inuentae sunt, neque usui metallico inseruiunt, cum ex priori huius scripti parte, tum ex Hertwigio b. Wasser

P. 413.

XIII

p. 413. satis abunde patet. Quamquam vero hae sint regulae generales, nihilominus tamen aliquando accidit, ut Iudicium metallicum quod Eybenstockii est, ius his regulis contrarium plane diuturno vsu et praescriptione acquireret. Cum enim anno 1684. principi nostro delatum, hoc Iudicium Riuarum et aquarum palustrium concedere dominium ipsi 9. Decembris mandatum fuit, quae eius rei causa esset, docere, cum se exercitio et observantia eius defendere nequeant; postquam vero rei statum 7. Febr. 1685. et iudicium per immemoriale tempus hoc ius acquisisse, aquas cum referuato, ne detrimentum fiat metalli fodinis et officinis, semper concessas fuisset, et si Praefecto relinqueretur, haec potestas molitores, reddituum metallicorum maximo impedimento, fieri posse aquarum dominos et proprietarios exposuissent, anno 1686. Rescripto ius ipsis confirmatum fuit.

Petitio (das Mutthen) ipsa autem, non ore, sed scriptis perficienda est, quibus quas quo loco currentes et ad quem vsum cupiat habere aquas, clare dicat; Quod si nihil deinde obsit, Dominum, et vsum aquae istius ipsi, litteris huius inuestiture traditis, conceditur, et libro quem Verleyh. Buch appellare solent, in memoriam quod sacram promissumque sit ab vtraque parte, consignatur. Sed satis hac de re dictum esto: Ad indicenda solennia inauguralia candidati Praenobilissimi IOANNIS WOLFI ZOLLMANNI potius, cuius causa haec scripta sunt, properandum; Antequam vero id fiat audiamus ipsum Candidatum vitae sua curriculum commemorantem;

B 3

Ego

Ego **IOANNES WOLFFIUS**
ZOLLMANNVS

Patriam agnosco Thuringiam, Vinariae Anno 1743. d.
 1. Febr. in lucem editus. Patre vsus sum **F R I D E R I C O Z O L L M A N N O**, Serenissimi Ducis Saxo Vinariensis ac Isenacensis ab Aulicis Consiliis et Intimo Archiuorum Praesule; Matre vero **R E G I N A C H A R L O T T E C H R I S T I N A** nata **Z E I D E L E R I A**. Ambos attamen
 pia tantum recordatione beataque memoria deuenerandos. Ille siquidem d. 2. Febr. 1762. ad coelestia haebitacula
 migravit, eademque via eum Mater, Anno 1757. d. 7. Septembr. antecessit. In christianae religionis rudimentis,
 nec non liberarum artium, linguarumque peregrinarum
 initiis capessendis, a teneris vnguisbus, vsque ad Academicos annos, priuatissimo ductu diuersorum, qui omnes iam
 S. S. Ministerium ingressi sunt, inter eosque praecepue
R V D O R F I I, eruditissimi viri, V. D. in Grotyschen prope
 Zeis, Ministro, demandatus sum. Hisce adminiculis instructus, Anno 1762. Ienam me contuli, et **S V C C O V I O**
 tunc Academiae fasces tenente, albo Ciuium Academicorum nomen dedi. Philosophicis ibi scientiis, praeēunte
D A R I E S I O, Mathematicis, **S V C C O V I O**, studia collo-
 caui. Iuridica vero, ab ore **H E L L F E L D I I**, **S C H M I D I O R V M** et **M O E C K E R T I** hausi. Hanc dereliqui,
 et ad celeberrimam Musarum sedem, qua Goettinga incla-
 rescit Anno 1765. accessi, ibique in Iuridica arte **F U T T E R I**, **B O E H M E R I**, **M E I S T E R I**, **B E C M A N N I O R V M**
C L A P R O T H I, aliorumque praecepta gustavi.


Hic

Hic ab Ordine ICtornm Lips. nostro Licentiam ad summos in iure ascendendi honores petens, duplex Examen vnum pro Candidatura, alterum quod rigorosum appellare solemus subiit, et in iis ita stetit, ut supremo in iurisprudentia honore, omnino dignus iudicaretur; Craftina die XXII. Iul. in Auditorio Petrino *Lege 2. C. de res. vend.* explicata et dissertatione de *Priuilegiis Feudo adhaerentibus ad subfeudum tacite non extendendis, in specie circa subfenda Lusatica.* Praeside D. FRIDERICO GOTTLIEB ZOLLERO Pand. P. P. Eccles. Cathedr. Numb. Can. Curiae in Provincia Supremae Iudicij Lusatiae inferioris nec non Facult. Iurid. Assessore. die XXIII. Iul. publice defensa, Vir Iuris consultissimus et excellentissimus FRIDERICVS HENRICVS MYLIVS, Facult. Iurid. Assessor etc. a me more solenni constitutus Promotor, eum summis in iure honoribus, eadem die ritu consueto ornabit, quem actum ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMITES ILLVSTR. VTRIVSQUE REIPVBCLICE PROCERES GENE- ROSISSIMI ET NOBILISSIMI ACADEMIAE NOSTRAE CIVES praesentia, solenniorem celebrio- remque reddere, et condecorare velint communi Facultatis Iuridicæ nomine, omni humanitatis officio rogo.

Lipsiae d. XIX. Iulii. MDCCLXVII.

EX OFFICINA LANGENHEMIA.





ULB Halle
003 719 014

3





F. 4. num. 44.

1767 38.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



IVS LVDOVICVS EGLITZ,

IVRIAEC SAXONICAE ET FACVLT.
PS. ASSESSOR. CANON. WVRZ.
DIL. SEN. LIPS.

T E M P O R E

CELLARIVS,

D O C T I S S I M V M

OLFF ZOLLMANNVM,

R. T H V R I N G.

AM CANONICI QVAM CIVILIS
I HANCQVE SOLENNITATEM
RANDAM ESSE,
NDICIT

E T

A CVM AQVA DISSERIT.

